



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 99. Titulus XXIX. De Seminariis, & Scholis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

**Sæcul. XVI.**

A.C. 584

III. Præcipitur, ut nemo ad diem Paschæ Eucharistiam ab alio, quam a proprio Parocho, seu curato sumere præsumat: qui contra fecerit, excommunicetur.

De Sacramento autem Ordinis Canon sextus tituli vigesimi quarti statuit, ut liceat Episcopis familiares, & domesticos suos ordinare, sine literis dimissoriis, dummodo per triennium apud eos vixerint.

In titulo sequenti agitur de modestia Clericorum in vestibus, necnon de horrore, quem de omni ludo vetito, ac litibus forensibus conciperent deberent, ac denique Canone XI. præscribitur Clericis, ne laicis quicquam persolvant contributionis nomine, nisi cum Episcopi consensu: dein præscribitur, ut Sacerdos saltem intra tres menses a sua consecratione Missas celebret, quod si non fecerit, in jus vocetur a promotore Episcopi, ut sui defecitus caussam reddat: si contumax remanserit, excommunicetur.

In titulo de Matrimonio agitur de proclamationibus, necnon de necessitate benedictionem a Parocho, vel ejus Vicario recipiendi, & de tempore contrahendi matrimonia &c.

### §. XCIX.

### *Titulus XXIX. De Seminariis, & Scholis.*

*Titulus*

**T**itulus vigesimus nonus de Semina-  
diem  
pro-  
resu-  
cetur.  
Ca-  
tuit,  
nesti-  
ornis,  
erint.  
de  
bus,  
lu-  
nici-  
e XI.  
uam  
cum  
ut  
sua  
non  
sco-  
on-  
de  
ssi-  
jus  
on-  
us

Sæcul. XVI.  
riis, Scholis, atque Universitati-  
bus sex complectitur Canones, quo-  
rum primus est sequens: *juvenes ad ma-*  
*jora Seminaria in liberalibus disciplinis in-*  
*stituendi non admittantur, nisi prius per*  
*Doctores, & Magistros probata eorum fide*  
*& prima institutione.*

**C**anon II. *Hoc autem ut fiat, ipso-*  
*rum Seminariorum Doctores, & Magi-*  
*stros, cum ad eorum administrationem ad-*  
*mittentur, fidei suæ rationem reddere vult*  
*hæc Synodus: eandem fidem eos vult ite-*  
*rum profiteri coram Reformatoribus, quo-*  
*ties ab eis exegerint.*

**C**anon III. *In omnibus Academiis,*  
*in quibus utriusque juris studia instituta*  
*sunt, jus Canonicum publice prælegatur.*

**C**anon IV. *Rectores paræciarum te-*  
*neram juventutem, & rudem populum do-*  
*ceant fidei rudimenta, rationem Catholice*  
*vivendi, orandi, & peccata confitendi, id-*  
*que diebus dominicis, & hora opportuna.*

**C**anon V. *Pueros eligant, quos do-*  
*ceant Sacrificio Missæ, aliisque divinis of-*  
*ficiis inservire.*

**C**anon VI. *Puellarum institutioni*  
*præficiantur probatae viduæ, aut matro-*  
*næ, quæ eas religiose vivendi formam,*  
*& legendi rationem studiose doceant.*